





1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900



1702.

1. Carocius, Alexander: De teste singulare.
2. Caroe, Alexander: Programma, quo... ad Disputationem in any. ... Henrici Charchaei Schaefferi... jns. Facultatis nomine... innotescit.
3. Mescorius, Petrus: De prescriptione fundi.
4. Mescorius, Petrus: Programma, quo... ad in any. Disputationem... a Petro Bernardo Posen pro summis in quoque jure honoribus... consequens... habendum... innotescit.
5. Mescorius, Petrus: De rerum permutatione.
6. Magorus, Ioh. Fris.: Obumbrationem virtutis Altimini: Lec. I. 35. ad Tuctam orationem. acat. Fr. Georg Borrohaei...  
7. Pachenuis, Dr. Philipp: De morte reginal.
8. Schack, Johannes: Disputatio Carolina de ubi habe presenciae principium in constit. Imperii Romani. Germantici.

1702

9<sup>th</sup> - Schack, Joh. : De jure in Ratis. Pagans.

1703.

1. Gardesius, Henr. Christph. : De maiestate laesa.

2<sup>nd</sup> - Gardesius, Henr. Christph. : De propinquorum in sponsa.  
Iustus consensus necessario.

3. Gardesius, Henr. Christph. : De prescriptione quae  
et nonnulli creditorum apponatur.

4. Mersorius, Petrus : De pollicitatione et voto

5. Pethenius, Dr. Philippus : De Constitutione abz. Genio  
nobilitatis ciuitatis.

6. Schack, Joh. : Disputatio Carolina sistens argumenta  
quaedam juris publici de Capitulatione Imp. Rom.  
Henr. ex suffragio omnium Imperii seditionem  
anticipanda ; et de ejus perpetua forma.

1704.

1. Carus, Georg Adolph: *De fictio-familias debitoris  
sive ejusdem obligatione in universum.*
2. Gundersius, Henning Christ: *De impensis ex custode auto-  
christico factis.*
3. Mercenarius, Petrus: *Riputatio ordinaria extitit.  
synopticum precarii tractationem*
4. Palkenius, Dr. Iohannes Philippus: *De dethronatione*
5. Staeckens, August: *De iure principis circa sacra.*

1705

1. Caracius, Georg Adolph: *De his quae, a morte  
Castra, juris mortis vel publici sunt*
2. Carus, Georg Adolph: *De solutione a tortis factis*
3. Gundersius, Henning Christ: *De usuris matris ex mora.*
4. Palkenius, Dr. Pet: *De iure principio dispensandi  
circa leges praeceptu paenales. 2dus.*



17067

5. Puchnerus, Dr. Phil : De iure principis dispensand.  
circa leges principiarum paciales.

6. Salbach, Christianus : De stirps veterum.

7. Schackius, Johannes : De commercio, ex pace  
Ryswickensi, in imperium Romanum - Germanicum  
redundantes.

190794.4  
IPSA JUSTITIA PRÆSIDE  
DISPUTATIO INAUGURALIS

DE  
**PRÆSCRIP-**  
**TIONE FEUDI**

QVAM  
**JUSSU ET AUCTORITATE**

NOBILISSIMI JCTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA  
GRYPHISWALDENSIUM UNIVERSITATE

**MODERATORE**  
**VIRO PRÆNOBILISSIMO AMPLISSIMO**  
**ET EXCELLENTISSIMO**

**DN. PETRO MASCOVIO**  
JCTO, ANTECESSORE ORDINARIO, CONSISTO-  
RII REGII DIRECTORE, NEC NON FACULTATIS  
JURIDICÆ SENIORE ET H. T. DECANO

PRO  
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS RITE  
AC LEGITIME CONSEQUENDIS

DIE IV SEPTEMBR.  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
**PETRUS BERNARDUS CLASEN,**  
LUBECENSIS.

---

GRYPHISWALDIAE,  
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.

DISPLATATIO IN VNGUERIA  
1520

DE

# PRAEGERI POTIONE FEUDI

60

LESA ET ACTORIATIA

MONSTRUM ICTORUM QUINTINUS CERES RUMA  
CATHARINA ALDENSIUM CIRCE RUMA

SACREDERATOR

QUDO KEGLOMUS QD CIRCE RUMA  
ET EKKEBENITOM

# DE PETROR MAGOLO

ICEDO ANTICRISOS FORONIANA COVAG  
PRAECONIATORES TOTUS TOTUS CHOC  
THERIDIC SUNDAY THERIDIC SUNDAY

SUMMS IN QTOOLE LARE HONORIFICE KITE

VO HODIEN CONSERVAP

NEFECO BRENTHIUS EXCEMPTUS  
THEKUS BERNARDUS CLARA

THEODORUS

## PRÆFATIO.

Dentidem animo mecum reputanti, quodnam argumentum juris, loco specimenis inauguralis, publice disputandum proponeam, opportune in mentem venere intricate jurisconsultorum de prescriptione disceptationes, que cum in iure civili & canonico, propter varias legum successiones, fermè infinitæ sunt, per consuetudines certe feudales, quantum ad feuda attinet, in melioram consonantiam redactæ baud sunt. Statui ergo mecum, auxiliante divino Numinis, prescriptionem feudorum ad genuina juris, tum communis, tum feudalis, principia, pro instituti mei ratione, ex commentationibus Doctorum, quam licebit brevissime, repetere. Quia in re, si non cuncta èa, quam argumenti dignitas postulat, anolēia retractavero, & materia difficultati, & festinationi uostre, qua debito studio singula expendere baud permisit, benevolus lector veniam dabit. Si quid enim hic equitati, si quid juri, vel scripto vel non scripto, si quid ulli denique veritati dissentaneum dictum est, id nec dictum volo.

A

ADSIT

41  
42

## ADSIT JEHOMA DEUS !

**D**ile sunt visiones, quibus tractatio nostra commode absolvit potest: quarum prima feudum respicit per prescriptionem constituendum: altera de feude jam constitutis dominio, sive directo, sive utili, per prescriptionem acquirendo agit. Prior articulus nobis excutiendus est ante, quam ad secundum accedamus, ut eo meliori ordine procedamus omnia. Sit itaque

### SECTIO I.

#### DE FEUDO PER PRÆSCRIPTIONEM CONSTITUENDO.

§. 1.

**R**emittenda hic esset ex more disputationum in Academiis evolutione inscriptionis nostræ dissertationis, & dispiciendum, quid præscriptio, quid feudum denotet quoad nomen & rem ipsam. Sed neque in simpulo fluctus existare, neque curiosam nimis verborum servitutem sectari animus nobis est. Latent hæc neminem primis imbutum principiis illius artis, quæque ab iniquo separat, licitum ab illico discernit. Id tantum ex doctrina juris civilis de præscriptionibus huc repetimus, duo esse genera præscriptionum, longi vel longissimi temporis, hancque iterum duplēcē; quārum altera jus plenum seu actionis confert præscribenti: altera jus minus plenum, seu exceptionis, cōquod nil habeat, quo se tucatur præscribens, quam solum lapsum temporis. Priorem Jure consulti describunt modum acquirendi dominium rei à non domino bona

bona fide & justo titulo acceptæ, per continuatam de-  
finito tempore possessionem. Posteriorem modum  
ajunt elidendi jus alienum illud, qvo alter contra eum,  
à qvo petit, negligenter per tempus lege definitum  
non fuit usus, cum uti debuisse. Georg. Adam. Struv.  
in *Syntagm. Jur. Civ. Exerc.* XLIII Tb. 6. Patet inde, qvæ  
longissimi temporis præscriptionem primi generis sibi  
paravit, tutum esse aduersus omnes, qvibus ea de re  
actio competit, idq; præscriptionis verbum demon-  
strat, qvo significatur exceptio tempore qvæ sita, qvæ  
possessori aut reo datur: Cæterum, si possessione ex-  
ciderit, non item actionem habere omnimodo ad rem  
vindicandam. Vel enim bona fide ab initio eam rem  
tenuit: Et non modo aduersus cæteros possessores,  
sed ipsum qvoq; dominum utilem rei vindicationem  
habet: Vel mala fide eam adeptus est: qvo casu nul-  
lam habet vindicationem, nisi fuerit ab eo, eum qvæ  
agit, dejectus, sed dominus potius vel creditor, con-  
tra qvem præscripta res illa fuit, si ipse de novo acqui-  
siverit possessionem, retinere eam potest. l. 8. Cod. de  
præscr. 30 vel 40 annor. ibique Joh. Brunnem. in *Comment.*  
Contra ea præscriptio secundi generis nonnisi exce-  
ptionem largitur, qvæ qvis aduersus imputationes acto-  
ris se defendere queat: Qvæ tamen hodie, qvoties  
possessione rei, adeoq; vera, qvid acqvirendum est  
cursu temporis, non amplius proficit, nisi qvatenus  
bonæ fiduci præsumti olocum habere potest. Nec enim  
jus Canonicum admittit in talibus malam fidem ab ini-  
tio, ut solum temporis decursum, sicut jus civile, atten-  
dere debeat. Magnificus Dn. Henr. Coccejus *Differ. I*  
*de finibus bona fidei in præscript. Jur. Canon. Sect. I & II.* Nos  
in hoc argumento feudal pro diversis casuum figuris

170

præscriptionem intelligimus vel longi (v. s. ult.) vel  
longissimi temporis, & quidem eam, quam tam actionem,  
quam exceptionem præscribenti parat & tam  
adversus dominum, quam vasallum, non minus ac  
acquisitio ea, quam sit per investituram.

s. 2. Quando igitur de feudo per præscriptionem  
constituendo, quæstio est, tres casus probe distingvendi  
sunt. Nam aut dominium utile vasallus (1) in re  
aliena, quasi à domino in feudum ipsi data foret, per  
præscriptionem acquirit: vel (2) in re sua allodiali  
solum dominium utile retinet. Quæ de re textus clas-  
sicus est in H. F. 26. Si quis per 30 annos rem aliquam, ut  
feudalem, possedit & servitum domino exhibuerit: quamvis  
de ea re non sit investitus, præscriptione tamen 30 annorum  
setueri potest: quem luculente illustrat constitutio Fri-  
derici II Imperatoris Lib. III. Cons. Sic. & Neapol. tit. 32.  
Cap. pen. digna, quam legatus apud Nobilissimum Dn.  
Joh. Schilter. in Praxi Jur. Rom. Exerc. XLV. ad Pand. §. 65.  
Aut directum dominium contra allodialem dominum  
in re ipsius libera quis præscribit: quod sit, quando  
proprietarius alteri per 30 annos servitia præstat, &  
hic eadem recipit. Sic enim dominium sibi directum  
in re aliena quam sivit & verum rei dominum sibi vasal-  
lum fecit. Henric. à Rosenthal de Feud. Cap. VI. Concl. 8t.  
Gothofred. Antoni Diff. Feud. 5. Tb. 3.

s. 3. Ad FORMAM hujus præscriptionis respi-  
ciendum est quam maxime. Quorsum pertinet primò,  
ut non modo res à præscribente sit possessa; absque  
possessione enim nulla procedit præscriptio, l. 25. ff.  
de usurp. & usuc. C. 3. de R. l. in 6. verum etiam, ut certo  
modo sit possessa, nimur ut feudum, hoc est, tan-  
quam res feudalis, vel animo & opinione vasalli, sive  
quod

quod idem est, jure & titulo feudi. Ut enim non plus  
præscribitur, quam quantum possidetur; ita nec alio  
modo præscribitur quam possidetur & possessio debet  
esse qualificata ad acquisitionem eam, quam intendit  
præscribens, Rosenth. Cap. VI. Concl. 77. lit. B. Inducitur  
ista qualitas feudalis, si quis ratione rei dominum reco-  
gnoscat, ipsiq; id admittenti fidelitatem exhibeat, ser-  
vitia scilicet vel præstando, vel saltem offerendo. II. F. 26.  
Struv. in Synt. Jur. Feud. Cap. VIII. apb. 12. n. 3. cum satis  
sit, si constet de animo vasalli, quod rem ut feudalem  
possidere voluerit, idque in notitiam domini venerit.  
Carpzov. P. II. Jurspr. For. C. IV. def. 16. adeo ut suffi-  
ciat vel semel intra 30. annos oblationem factam esse,  
ut a die illo, quo servitia vel præstitit vel obtulit vasal-  
lus, cursus tricennialis initium capiat. Rosenth. Cap. VI.  
Concl. 77. n. 2. Illustr. Dn. Stryck Cap. XI. Exam. Jur. Feud.  
q. II. & 12. Deinde ad formandam præscriptionem con-  
tinatio ejusmodi possessionis per 30 annos requiritur,  
nec sufficiunt ad usucaptionem feudi decem vel 20  
anni, qui jure civili, modo bona fides & titulus adsit,  
sunt definiti, t. t. Cod. de prescr. long. tempor. q. voniam  
moribus Langobardorum non alia, quam tricennialis,  
præscriptio recepta est. Herman. Vultej Lib. I. de Feudi  
Cap. IX. n. 5. Porro secundum jus Canonicum bona fides  
ad esse debet, & quidem tam in initio, quam progressiu-  
m præscriptionis, C. 5. 7. & fin. X. de prescr. cum ne  
quidem immemorialis ea carcere debeat, c. possessor. 2.  
de R. I. in 6. sicut in Camera Imperiali semper obser-  
vatum esse scribit Rosenth. Cap. VI. Concl. 77. lit. H. &  
in praxi ubique obtinuisse testis est Meyius Part. IX.  
Decis. 164. n. 7. Præsumitur tamen haec bona fides ex  
cursu dicti temporis & allegans malam fidem eam pro-

bare debet. Carpz. Lib. I. r. 84. n. 22. Struv. C. VIII.  
apb. 12. n. 3. Perillustr. Dn. Nic. Christoph. L. B. de  
Lyncker in Academia Salana Doctor olim nosfer in universo  
jure Det. Jenens. MCCCCLXX. Titulus denique & inven-  
titura præcedens non exigitur, qvia utile dominium  
ad instar servitutis obtinet. Roland. a Välle Libr. II.  
Consil. 82. n. 2. Carol. Cardin. Cerrus Det. DCCXLV. n. 1.  
sed ipsa patientia est vice tituli & investituræ. II. F. 33.  
H. Pistor. Lib. I qv. 6. Struv. C. VIII apb. 12 n. 4. Dn. Ferd.  
Christoph. Harprecht. Consil. LXXXIV n. 102. & seqq.

§. 4. In SUBJECTO nihil à jure communi devium  
reperitur. Nam & heredi prodest defuncti possessio,  
modo ipsem etiam post prædecessoris mor-  
tem requisiuerit, & adversus successorem vasalli con-  
tinuari potest. Antoni Disp. Feud. V Th. 3. lit. F. Perga-  
mus ergo ad OBJECTUM, ubi præcipue inter Docto-  
res controvertitur, qvanto temporis spacio possessio  
debeat esse continuata, ut rebus Ecclesiæ feudalis  
qualitas inducatur. Constat, jure civili in rebus  
Ecclesiæ immobilibus præscribindis nonnisi qvadra-  
genuarium tempus attendi. Autb. qvas actiones. C. de SS.  
Eccles. Nov. XLIII c. 6. Carpz. P. II. J. F. C. V. def. 7.  
Consuetudines vero feudorum nullam aliam agno-  
scunt præscriptionem, qvam 30. annorum. Unde si  
in textibus qvibusdam juris feudalis mentio fiat longi  
temporis, de 30. annis hoc explicandum esse, unanimi  
consensu docent. Evidem Vultejus, Ludwellius,  
Carpzovius, Finckelthusius Disp. Feud. VIII Tbes. 7.  
Dn. Stryck. C. XI Exam. Jur. Feud. qv. 8. tringinta annos,  
etiam in re Ecclesiastica, sufficere existimant, per vul-  
gatam regulam, qvod lex feudalis non distingvat.  
Contra ea ad jus civile commune, qvadragenarium  
tempus

tempus Ecclesiæ indulgens, respiciunt Schneidewinii,  
Duarenus, Schraderus, Rittershusius, Minsyng. IV.  
Obs. 29. Rosenth. C. VI Concl. 78. Struv. Cap. VIII apb. 12  
n. 3. Dn. Coccej. in hypomnem. feud. tit. IV §. 3. Qvorum  
rationes fortassis palmam obtinentur. Qvodsi enim  
res immobiles Ecclesiæ subduci non possunt, nisi 40.  
annis; non etiam possunt subduci eidem per feudale  
negotium, vel quodcunq; aliud, nisi hinc negotio  
vis illa præbita fuerit, ut qualitatem illius privilegii  
vel præcipui juris, qvod rebus Ecclesiæ circumposi-  
tum est, citius extingueretur possit, qvale qvid de feu-  
dalibus nullibi apparet. Neq; enim jus feudale  
scitis generalibus suis ea, qvæ civili & canonico jure  
specialiter obtinent, sustulisse censem, sed expresse  
hoc constitutum esse & in specie oportet: qvod in  
re tam notabili & qvotidiana factum esse jure feu-  
dali non reperitur. Unde infertur, præscriptionem  
feudalem ad res Ecclesiæ, sive allodiales sint, sive ad  
feuda redigantur, Ecclesiæ subducendas, eo ipso trahi  
non posse, qvod semel qualitatem rei Ecclesiasticæ  
habent, qvæ alienari nullo titulo, indeq; nec in feu-  
dum cedere potest intra 40. annos. Accedit, qvod  
jus feudale alias Ecclesiæ jura sua relinqvat, camq;  
non aliter emolumentis suis, qvam jure communi  
statutum est, excidere velit. Vid. I. F. 6. pr. & II. F. 40.  
Contra vasallum tamen Ecclesia eodem, qvo contra  
alium privatum, modo, salvo interim jure Ecclesiæ,  
præscribi videtur. Rosenth. C. VI Concl. 78 n. 9. REGA.  
IIIA per statum imperii aliamq; personam publicam  
adversus alteram partis dignitatis, ordinario tempore in  
feudalibus recepto: ast à private contra superiorem,  
non nisi immemoriali: contra alium privatum vero

idem

itidem 30 annis jura ejusmodi eximia, v.g. venandi, pedagii, in feudum præscribuntur. l. 26. §. præterea X. de V. S. Rosenth. Cap. V Concl. 16 & 17. Dn. Baro de Lyncker Dec. CCCII. Dn. Stryk. Cap. XI E. f. F. qn. 25.

§. 5. EFFECTUS hujus præscriptionis in eo conspicitur, qvod feudum præscriptione acquisitum natu-ram habeat veri & proprii feudi. Quare semper, Domino aut Vasallo mutato, investiture renovationem non minus hunc præscribentem, quam alium quemlibet vasallum, petere & juramentum fidelita-tis subire oportet. Rosenth. Cap. VI Concl. 77 In fin. Struv. C. VIII apb. ult. n. 1.

§. 6. ADDISSENTANEA spectat, qvod restitutio in integrum ex capite ignorantia contra præscriptionem hanc semel completam impetrati non possit. l. 3. & 4. C. de præstr. 30 vel 40 ann. Gail. Lib. II Obs. 160 n. 4 & 5. Jo. Franc. Balthasar Tit. IX resol. Jur. Civ. & Bav. 10. n. 4. Finckelth. Disp. Feud. VIII Tbes. 20. Dn. B. de Lyncker Dec. Jen. DCLXXXV. Et qvod ad præscribendum sufficiat notitia Ministrorum Principis, si vel maxime Princeps, feudi dominus, ignoraverit. Joh. Meichs-ner. Vol. I Lib. II Dec. I n. 13 & 17. Saltim probabile visum fuerit Ministris, præscribentem jure uti. Nam si officialis negligentia aut perfidia argui possit, utique ea domino non præjudicat. arg. l. 7. pr. ff. de donat. l. 22. C. de part. Paris, de Puteo de Syndicat. v. Compositio. C. IX num. 5. nisi domino, qvod imperitum vel socordem muneri præfecerit, imputari possit. Cœl. Bicchius Dec. CCII. n. 7. aut non debite in officialis administra-tionem inquisiverit. Joh. Herman. Stamm. Lib. II de Servit. Pers. C. 14 n. 19. Seqvitur.

## SECT. II.

## SECTIO II.

DE FEUDI JAM CONSTITUTI DOMINIO UTILI  
VEL DIRECTO PRÆSCRIBENDO.

§. 7.

**S**I de requisitis hujus præscriptionis in genere hic  
Sagendum fuerit, non occurrentalia, quam quæ supra  
§. 3. jam indigitavimus. Nam non minus bona fides,  
quam longissimum tempus 30 annorum desiderabi-  
tur; Sed titulo adversus dominum non item opus  
erit, quandoqvidem & hic patientia vicem tituli, &  
utile dominium instar servitutis habet. Cæterum  
multiplici in hoc capite propter casuum varietatem  
consideratione res indiget. Acquisitus enim est  
dominium vel UTILE adversus vasallum non modo  
DOMINUS, sed & TERTIUS: vel DIRECTUM ad-  
versus dominum feudi vasallus, tum ipse, possessionem  
ei intervertendo, vel utile rei dominium ab alio reco-  
gnoscendo, tum successor ejus universalis, aut singulares,  
in quem illicite alienavit: Aut vero tertius adver-  
sus dominum præscripturus est.

¶. Qvod DOMINUS contra vasallum dominium  
UTILE, vel potius amotionem ejus, seu libertatem  
feudi præscribere possit, ita ut rem olim in feudum  
concessam pleno jure recuperet, non est dubitandum.  
Nicol. Boët. Dec. CCXI. Mynsing. IV. Obs. 28. ubi prequidi-  
tum. Carpz. Lib. I. rep. 84. n. 17. Qva in re bona fides præ-  
cipue spectanda est, ut accidit, cum dominus, petenti  
investituræ renovationem, ex prætensa causa apertu-  
ra, eam negat & is acqviescit, vel defuncto vasallo,  
neminem ex primo acqvirente superstitem amplius  
esse credit. Rosenth. Cap. IV. Concl. 83. Struv. Cap. XV.

B

apb. 3.

172

sph. 3. n. 4. Qvod si enim metu compulsus agnatus ob  
præsens periculum amittendi majorem aliorum bono-  
rum partem feudo ejusve portione cesserit, præscri-  
ptio locum habere nullum potest: adeo ut etiam si  
post immemorale tempus titulus vel instrumentum  
producatur, qui titulus ex causa metus vel alio sic  
vitiosus, & in quo tamen pars illum exhibens se fun-  
det, præscriptionem viribus omnibus evanescere nece-  
sit, cum ex eo titulo mala fides, sive formalis, sive  
virtualis, detegatur, cum qua nulla potest currere præ-  
scriptio, ut eleganter docet Joh. del Castillo Libr. VI.  
contr. 26. n. 34. Jacob. Cancer. Lib. III. resol. 1. 3. n. 124.  
Dn. Franc. Frid. ab Andler Libr. I. jurapr. publ. & priv.  
Tit. V. Part. III. n. 26. Nec tamen agnatis remotioribus  
præscriptio contra propiores completa nocet, l. 7.  
§. 4. C. de prescript. 30 vel 40 ann. verum ex ipsorum negli-  
gentia inchoanda erit. Rosenth. C. VI. Concl. 83. n. 4. &  
C. IX. membr. 2. Concl. 84. per tot. Secus ac in filiis obti-  
net, denen der Vater wohl und wehe thun kan. Struv.  
Cap. XIII. sph. 18. n. 6. quam sententiam probe afferit  
Casp. Bitschius ad II. F. 26. quamvis post Octav. Cache-  
ran. Dec. CELXXVII. & H. Pistor. Lib. II. qv. 8. n. 41. in  
causa Juliacensi defendant Joh. Strauch. Dissert. Exot. Jur.  
Publ. X. tb. 20. p. m. 288. qvod ne quidem negligentia  
parentum & avorum prædicare possit filiis & nepo-  
tibus in feudo ex pacto & providentia majorum, cum  
jure primi acqvirientis utantur. Possunt tamen in  
eo sibi cavere filii, si dominum in malam fidem collo-  
cent, nempe judicis officium implorando, ut super hac  
causa cognoscat. Quo casu cum dominus sine dubio  
filios pro vasallis habere nolit, ordinarius judex, hoc  
est, si cum Principe vel Comite Imperii res sit, Aula  
vel

vel Camera Imperialis 'competens erit... Respectu  
enim feudorum inferiorum Austregæ non adeuntur,  
sed vasallus, Principem vel Comitem Imperii in causa  
feudali in jus vocaturus, coram Paribus Curia id facere  
tenetur, Gail. I. Obs. l. n. 54. Referens apud Joh. Deck-  
herr. in vot. Cam. Relat. IV. n. 6. in fin. nisi aut dominus  
vasallum pro tali non agnoscere nec illum investire  
cupiat, aut etiam vasallus dominum recognoscere  
nolit. Rosenth. Cap. XII. Concl. 4. Dn. B. de Lyncker  
Dec. Jenens. DCCLXXVI. ut tamen Curia domini prius,  
summarie saltem, cognoscat, an vasallus admitten-  
dus, indeq;e judicio parium locus sit. Thomas Mer-  
ckelbach ap. Capp. Klock. Vol. II Conf. V. num. 25 & seqq.  
Carol. de Mean ad Jus Leod. Obs. LIII. Qvamvis etiam, si  
Austregis locus sit, mandata cum clausula in Camera  
Imperiali non decernantur, & si decreta fuerint, oppo-  
sita exceptione Austregarum, iterum cassentur... Si  
tamen vel continentia causæ id exigat, vel facti qua-  
litas Camera jurisdictionem ad mandatum sine clau-  
sula fundasset, nisi illa alio intuitu (qvod verbi causa  
cum potentiore Imperii Principe mitius agendum esse  
censeat) solū mandatum cum clausula emanare velit,  
nil obstat, qvo minus ea impetrare licet. Dn. B. de  
Lyncker Cap. V de gravam. extrajud. Sect. I §. 13. num. 11.  
Joh. Wolff. Textor Disp. III ad R. I. de anno 1654 tb. 77  
pag. m. 89. Ita nuperrime 8 Febr. 1702 in Sachen von  
Qvijew contra Pincier & consortes mandatum de cas-  
fando investituram nulliter factam & non immittendo,  
neq;e impediendo possessionem feudi alieni, sed in  
foro competenti legitime conveniendo, ut & non tra-  
dendo possessionem novo vasallo, sed dominum pi-  
gnoris solutionem crediti una cum meliorationibus

offerentem ad reluitionem ejus admittendo, C. C. in Camera Imperiali obtinuimus. Cui cum paritio praestita non esset, mandatum de, lite in Camera Imperiali pendente, ab omnibus violentiis defistendo, nihil innovando, nec via facti, sed juris, procedendo S. C. securum est 31. Maij 1702. Nunc vero, quando omnibus his posthabitatis, impetrans violenta manu de possessione feudi sui dejectus est, restitutio spolii in Augustissima Camera urgetur. Quores erit abitura, exclamaret Welsembecius aliquis, ut ex consilio ejusdem II. n. 89 notat Petrus Denaisius, Cameræ Imperialis quondam Assessore, ap. Klock. Vol. II Conf. 39 n. 253. si liceat ante, cause cognitionem possessores ejicere propria auctoritate. Talium, Consultorum in consilium non veniat anima mea! Confer, Ulric. Huber. Lib. III de Jur. Civit. Sect. III Cap. III n. 74. Verum hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

§. 9. TERTIUS feudum, vasallo id negligente, per 30 annos bona fide, ut feudum, possidens, itidem illud contra verum vasallum præscribitur. II. F. 87. X. Rosenth. Cap. IV Concl. 84. Vultej. Lib. I de feud. C. IX n. 19. Sicut & fines feudi vasallus unus adversus alterum præscribere potest. Rosenth. d. l. num. fin. etiam si Dominus directus hanc præscriptionem ignoraverit. Id. d. l. n. 3 & lt. B. ceu nec possessoris præscriptioni ignorantia vasallio obest. l. fin. C. de præser. long. temp. Carol. de Mean ad ius Leod. Obs. XXXIX, modo rem feudalem possederit formaliter, tanquam feudalem, & tanquam vasallus officiis & obsequiis vasalli functus sit. Nec enim admittendus est, qui longo tempore rem, tanquam feudalem, possidens, nullum nihilominus domino homagium, fidem aut obsequia præstiterit, si post longissimi temporis lapsum obsequia offerat.

Carol.

Carol. de Mean d.l. n.3 Qvare in hac specie præscri-  
ptio non solum non domini directi præjudicio, sed  
nec vasalli admittenda est, qvippe cuius præjudicium  
vix separari potest à domini præjudicio: cum utriusq;  
intersit, alium vasallum invito domino contra legem  
feudalem non obrudi. Vultej. Lib. I. de Feud. C. IX. n. 19.  
Frid. à Sande in Comment. ad. Consuet. Gelr. & Zutzb.  
Tit. I. c. 1. n. 9. ubi ita judicatum.

§. 10. DIRECTUM dominium à vasallo ipso non  
aliter præscribitur, quam (1) per interversionem pos-  
sessionis dominii directi (siquidem non mutata causa  
possessionis non procedit præscriptio, etiam si intra 30  
annos servitia vasallus non præstiterit, l. 7. §. f. C. de  
prescr. 30 vel 40 ann.) quando nimurum in possessione  
libertatis per 30 annos, & qvidem bona fide, qvæ  
ex lapsu tanti temporis præsumitur, se constituerit,  
vasallum se negando, acqviescente domino. Rosenth.  
Cap. VI Concl. 82 n. 15. Carpz. P. II. J. F. C. III Def. 17 &  
Lib. I. resp. 84 n. 4. Huber. in Vindicta Amelandia Cap. IX  
& X. qvemadmodum etiam immunitatem solam à ser-  
vitii, manente re feudali, longissimo tempore præ-  
scribere potest, si ea domino à 30 annis denegaverit.  
Gail. II Obs. 60. n. 4. Struv. C. XV. apb. 3 n. 5 in fin. Du.  
B. de Lyncker Dec. MCCC. rejecta doctrinā Caroli de  
Mean ad jus Leod. Obs. XXXVIII, qvi ne immemoriali  
qvidem aut centenario spatio directum feudi dominium  
aut alia ejusdem ratione directo domino debita à va-  
sallo præscribi contendit. Imo & in feudo censuali  
seu pensionario, lapsu temporis tricennialis ab ultima  
præstatione, omnium annorum in futurum præstacio-  
nes simul ac præteriorum præscribuntur. Propius  
enim veritati accedere existimamus opinionem eorum

Doctorum, qvi annuis redditibus aliisqve pensionibus,  
in recognitionem dominii annuuntim solvendis, ita præ-  
scribi existimant, ut clapsis à tempore postremæ solu-  
tionis annis 30, nec pro præteritis, nec pro futuris  
ulla imposterum competat actio, sublato penitus &  
everso jure ipsius pensionis constitutæ, l. 7 §. 6 C. de  
presir. 30 l. 40 ann. Alvar Valasc. Tom. I Consult. 49, ubi  
n. 6 ait; ita servari in praxi, & jus istud nimis subtile  
& scrupulosum esse, ut ad præscriptionem cuiuslibet  
anni vel mensis requirantur 30 anni. Cancer. P. I. refol.  
C. XV n. 17. Lambert. Goris Tr. III. Adversi. Jur. subcif.  
C. IX n. 15 & seqq. Frid. Martini Cap. III. de jure consuum  
n. 71, seqq. 136, seqq. C. V n. 79 seqq. n. 111 seqq. & C. VIII n. 145  
seqq. Dn. B. de Lyncker Decis. CCCIII. Et hanc sententiam  
in provinciis suis anno 1663 recepit Coloniensis ac  
dudum antea Saxoniæ Elector, Part. II Confl. Elec. I.  
Rationes & momenta dissidentis sectæ videre licet ap.  
Gail. II Obs. 73. Joh. à Sande Lib. V. Dec. Fris. tit. 6 def. 1.  
Carpz. P. II J. F. C. II d. 1. Christoph. Philip. Richter. Vol. II  
Confl. 242. Simon van Leuwen Lib. II Cens. for. C. XI n. 21.  
Dn. Stryck. de investig. aucto. for. Sect. III membr. 1. axiom. 4.  
Qvam in Camera Imperiali prævaluuisse, per res judi-  
cataς firmare nititur Referens ap. Klock. Relat. CXXXII.  
Hoc interea omnes largiuntur, si per tempus imme-  
moriale à solutione cessatum sit, pensitationis juri utiq  
præscriptum esse. Ant. Fab. Libr. VII Cod. Sab. tit. 13.  
def. 19. Dn. B. de Lyncker in Diff. de jurib. minerar. Tb. XLV.  
aut si interpellatus, ut solvat, debitor recusaverit: à  
quo tempore etiam totum pensionis jus præscribi posse  
docet Joh. Francisc. Balb. de prescript. IV parte 4ta princip.  
gv. XI n. 3. Bernhard. Græv. ad Gail. Lib. II Concl. 73. n. 6.  
(2) Per recognitionem dominii utilis ab alio bona fide  
factam,

factam, accedente legitimo tempore, vasallus dominium directum novo iussi domino acquirit: modo scivebit hoc prior feudi dominus, qvod vasallus alium recognoverit. Nam si signoret, vasallus tantum sibi præjudicat, ut juxta veterem una novum sibi dominum imponat. Nuda namque recognitio dominum priorem, dum in eam non consentit, scientia saltim sua, de possessione haud dejicit, quippe qvod hac ratione possessio non mutetur adeoq; nec præscriptio locum habere possit, nisi aliquid accedit, qvod possessionem domini intervertat. Rosenth. C. VI Concl. 70 n. 3 seqq.  
Struv. Cap. XV aph. 3 n. 11.

§. 11. Transimus à Vasallo ad Successorem ipsius universalem. Is, si ipse rem retineat, ignorans eam esse feudalem, ne quidem ex sua persona præscriptionem directi dominii inchoare potest, si vasallus antecessor, ut allodiale possidere jam cœpisset mala fide. Cum heres in jus omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti virtus non excludit, ait Papinianus in L. XI. ff. de divers. temp. præscr. Qvod tamen de ea tantum præscriptione, quam ipsius rei seu dominii usucaptionem dicimus, intelligendum venit, non de illa, quæ post 30 annorum lapsum agentem excludit & exceptionem tantum parit. Balthasar Tit. IX. resol. Jur. Civ. & Bav. 6 n. 13. Interim Jure Canonico heres nec exceptionem videtur præscribere posse, qvoniam conscientiam defuncti exonerare tenetur, ut Canonistæ tractant ad C. fin. X. de sepult. & C. 5. X. de raptor. Qvod si vasallus rem tanquam feudalem reliquerit, heres vero defuncto propriam fuisse existimans, eam ut propriam apprehendat & domino non petente per 30 annos possideat: ex sua persona pro herede usucapere potest, modo

modo cætera sint paria, de qvibus Doctores ad tit.  
ff. pro berede, & Balthasar d. tit. resol. VIII n. 7. præcipi-  
unt. Qvæ haec tenus diximus, ad successorem uni-  
versalem, qvi ignorat, rem feudalem esse, spectant.  
Sed quid si sacerdoti? Tunc sane propter malam fidem,  
qvæ omnem usucaptionem impedit, nullo unquam tem-  
pore præscribet. Quid denique si heres bona fide  
rem feudalem in tertium itidem bona fide illam acqui-  
rentem alienet, ut alodium? Hoc casu præcri-  
ptio absq; dubio locum habet. Struv. C. XV a. h. 3  
nam. 9. Et qvamvis videri poterat, illam temporis  
longi esse. Tamen qvia res per se feudaliter est, atq; c  
agnatorum interesse ea in re versatur, qvi in feudum  
successuri sunt. Hinc non minus in hoc casu præscri-  
ptio 30 annorum requiritur. Nec tamen agnatis  
qvoad revocatoriam actionem præscriptio currit, nisi  
à tempore delata successionis (scientibus vero ex jure  
protimis eos etiam annus præjudicat, cum juste feu-  
dum alienatum fuerit) qvippe qvod agnatis revoca-  
toria actio debeatur, non nisi per conditionem, si super-  
vivant, qvæ cum interim deficere possit, illi prius agere  
non posse censentur, qvam à tempore, qvo successio  
ipsis delata est. Actioni autem nondum natæ haud  
præscribi, vulgata regula est. I. fin. §. 2 C. de annal.  
except. H. Pistor. Lib. II qv. 8. Rosenth. Cap. IX Cont. 84.  
n. 12 seqq. Georg. Franzk. Lib. III resol. 1 n. 276. & seqq.  
Dn. ab Andler Lib. II jurispr. publ. & priv. tit. 9. num. 79.  
Casp. Ziegler ad H. Grot. Lib. II de J. B & P. Cap. IV  
§. 10 p. m. 262.

§. 12. Successor singularis, in quem illicite vasallus  
feudum alienavit, nullius omnino temporis præscri-  
ptione directum dominium acquirit, juxta doctrinam  
Jure-

jureconsultorum Marpurg. Vol. III Consil. 33 num. 233.  
Vultej. Lib. I de feud. Cap. IX num. 20. Hubert. Giphan.  
disp. feud. VI. lib. 6. Antonii disp. feud. IX lib. 7 lit. C. p. m. 163.  
Contr. Rittershus. Lib. I Partit. feud. C. X, qv. 13, 14, 15 & 16.  
Bitsch. ad II F. 55. p. 688. Fundamentum ponunt in capitulo  
Conradi Regis. II F. 40 ibi: Licet dominis omnes  
alienationes feudi factas, NULLA obstante præscri-  
ptione, revocare. Qvod declarat Fridericus I. Impera-  
tor, II. F. 55. §. nos autem. Non solum in posterum, sed etiam  
hujusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas,  
hac præsenti sanctione cassamus & in iritum deduci-  
mus, nullius temporis præscriptione impediente: qvia  
qvod ab initio de jure non valuit, tractu temporis con-  
valescere non debet, emptori bona fidei ex emto  
actione de precio contra venditorem competente.  
Aft Gail. Libr. II. Obs. 160. Carpz. Libr. I. Rep. 84. Richt.  
Dec. XXI. n. 48. & Frantz. Lib. III resol. 12 pertot, præscri-  
ptioni tricennali etiam in hoc casu locum relinqunt,  
indeqve textus modo citatos ita explicant, ut nulla  
brevioris temporis, quam 30. annorum, præscriptione  
domini vindicatio elidatur: adeo ut confidenter satis  
Gaius n. 3. scribat, intellectum talem, ne unquam  
præscribatur, fore absurdum & rerum dominia in in-  
certo relinqueret: cum tamen credendum non sit,  
Romanum Principem, ad cuius officium pertinet, jura  
tueri, hujusmodi verbis generalibus totam observa-  
tionem de præscriptione longissimi temporis multis  
vigiliis excogitatam atque inventam evertere & præ-  
scriptionem verbis illis generalibus infinitam esse volu-  
isse. Enimvero, si qvod res est, fateri velimus, haec  
expositio vix admitti posse videtur. Constat enim  
jus feudale nullam breviorem, quam 30 annorum,

C

agno-

agnoscere. Qvare verisimile non est, de alia sensisse Imperatores. Accedit, qvod natura propositionis universalis negativa talem explicationem penitus respuat. Otto Philip. Zepper. Cap. II Cynosur. Legal. Quid si cum Dn. Schilteto in Prax. Jur. Rom. Exerc. XLV, §. 67 dicamus, jure, qvo utimur, amitti præscriptions 30 & 40 annorum dominium etiam directum, & rediisse nos ad jus vetus feudale (de qvo II F. 9 §. 1) auctoritate glossæ & communi utentium consuetudine. Sed vereor, ut parum in auctoritate glossæ sit præsidii, quippe qvæ ipsamet vacillat, nec se se extricare novit. Cui placet, legat eam, qvalem una cum Mincuccio edidit vir præclare de re Germanorum antiquaria meritus, & nihil in ea reperiet, qvod sibi constet. Qvæ de communi utentium consuetudine interseruntur, fortassis nondum adeo sunt liqvida. Nil sane ea de re constat Vultejo, nil Marpurgensisbus Jureconsultis reliquis, virtis supra meum aut cuiusque alterius præconium in foro exercitatismis. Nam qvod in feudi Principum Imperii recessum est à textibus juris feudalibus, qui de prohibita alienatione disponunt, nihil hic facit, ubi de feudi mediatis agitur: qvoniam Principatus, Comitatus & Dynastia Imperii non tantum feuda sunt, vel saltem non feuda simpliciter & ad communem feudorum naturam, sed patrimonii qvodam jure tenentur, & ex variis particulis unitæ sunt, qvas ab Imperatore possessores per investituras ne quidem semper accepere. Acta Hassiac. die Marpurgi. Succession biss. sub rubr. libell. artic. p. 5 art. 24. & seqq. & rubr. except. fori declin. pag. 99. Nicol. Myler. ab Ehrenbach Cap. XII Gamolog. §. 2. Joh. Gvilielm. Itter. Cap. VIII de Feudi. Imp. §. 17. Unde mirum haud est, qvo ad alienationes

tiones à Conrado, Lothario & Friderico prohibitas,  
recessum ab ipsis constitutionibus à Statibus Imperii  
fuisse, sicut magnæ auctoritatis Jureconsulti statuunt,  
eamque traditionem in aula & Camera Imperiali in  
considerationem venisse testantur Merckelbach apud  
Klock. Vol. I Conf. XI n. 146. Dn. ab Andler Lib. I jurispr.  
tit. 10. part. 5 pag. 347. & I. Dec. XI. n. 6. Immo quoad  
Principes Germania in obseruantiam nunquam dedu-  
ctas, sed in primæva feudorum natura substitutum,  
quæ ad conditionem patrimoniorum feuda Statuum  
fere redacta esse, Marburgenses IV Conf. 16 num. 125.  
Textor de Rat. Stat. Germ. Cap. II, p. 21. & alii asserti.  
Quod tamen cum grano salis accipiendum & ita de-  
mum verum est, quando de oppignorationibus agi-  
tur & particularum alienationibus, quibus Imperatori  
& Imperio nullum sit præjudicium, und welche gegen  
das ganze Land nichts zu achten/ ut loquitur Frantz ap.  
Struv. Cap. XIV apb. 29 n. 5. Quam in rem accurate &  
eleganter commentatur B. Dn. Henr. Michaëlis, Recip.  
patriæ olim Syndicus, Rep. Kilon. XIV, p. 129 seqq. Quod  
si enim ad alienationem totius bonorum universitatis,  
Principatus, vel Comitatus integri, aut Præfecturæ  
alicujus & portionis adeo notabilis respiciat negotium,  
vel pars terrarum diserte in literis Investituræ Cæ-  
saræ expressa reperiatur, omnino consensus Cæsaris  
requiriendus erit. Brunnem. Consil. I. n. 132 seqq. B. Dn.  
Vit. Lud. à Seckendorff P. II des Deutsch. Fürstl. Staats  
c. 3 n. 6. Iter. C. XIII de Feud. Imp. Dn. B. de Lyncker  
de his, quæ Principum Statuumve Imp. liberati perperam alien-  
sentur. Sect. II §. 14. 15. & 16. Neque tamen exinde,  
quod sine consensu Cæsaræ pertinentia quædam  
feudi regalis valide alienentur, aut olim alienata  
sint,

sint, recte infertur, q[uod] illud naturam feudi hereditarii ac feminei habeat & proinde, linea masculina extincta, etiam femina in iis succedere possint, cum dubium adhuc inter Doctores sit, an consuetudo vel investitura tenor feuda integra sine consensu domini alienare permittens, eo usque in præjudicium domini extendi valeat, vide Rosenth. C. IX concl. 41 n. 4. seqq. & concl. 58. (cui jungi Struv. Consil. Feud. VIII ad Synt. Feud.) Frantz k. in appendice ad Lib. III resol. n. 65 & multis seqq. Aliter quidem sentit Auctor rationum nomine Serenissimarum Principiarum Saxo-Lauenburgicarum, Consilio Imperiali aulico oblatarum, quorum extractum Mandatarius Aurelianensis deductioni fundamentorum libelli sui contra Electorem Palatinum num. VII. in Primit. act. comprom. Francof. adjunxit, p. 75. & seqq. Sed novimus genium ejusmodi scriptorum efficitorum, in quibus non tam veritati & iustitiæ, quam cause & partium studio litari solet.

S. 13. Desfleximus sensim de via, neque expeditivimus, quid tandem in isto discrepantium opinionum conflitu statuendum sit. Placet nobis doctrina Struvii Cap. XIII apb. 10. n. 4. quæ distinctionis fædere ceteras conciliat. Nimurum possessorum rei feudalium, vel successorum vasallorum singularem bone fidei omnino tuerit tricennalis possessio, idque dubium habet nullum, quando rem ille possidet, ut feudalem, & servitia domino exhibet. II F. 26 S. sigris. Talis enim per rati habitioem quasi ipsius alienationis, in vasallum à domino, etiam citra præscriptionem, receptus videri potest: ita ut hæc species propriæ huc non spectet, cum Dominus hac ratione nec servitiis, nec dominio directo excidat. Sed eti[am] ianquam alodialm possederit, præscriptio 30 anno.

annorum locum sibi vindicat, cum primis si servitia  
interim vasallus ipse non praeficerit, quoniam impu-  
tari ex eo potest domino, quod illud ad vertere debu-  
erit, et usque ignorantia culposa, nec magis ipsi neglig-  
genti, quam bona fidei possessor ne quidem 30 annis pra-  
scribitur. Quare dominus, volens malam fidem pra-  
scribentis probare, merito audiendus est. L. 30 Cod.  
de Evid. Carpz. Lib. I. ref. 84. n. 22 & 23.

§. 14. Denique Tertius, qualis est verbi gratia  
emperor secundus, qui non a vasallo alienante titulum  
habet, bona fide possessionem feudi adeptus, pra-  
scriptione ordinaria juris communis, decem scilicet  
annorum inter praesentes, & viginti inter absentes,  
illud acquirit: cum tali possessor rem ejusmodi, ut  
allodialem, possideat, plane extra omnem feudum nexum,  
nec titulum a vasallo habeat: quin etiam Friderici  
constitutio loquens de alienatione vasalli & prohibens  
praescriptionem, ad alienationem feudi jure rei allodia-  
lis factam a tertio in tertium non pertineat, quia lex  
penalis est & sic in consequentiam non extendenda.  
l. pen. ff. de pan. Frantzk. Lib. III Resol. 12 n. 70. Textor. P. II  
prax. judiciar. c. In. 102 & 103. Tantum!

SUMMO NUMINI SIT LAUS AC HONOR IN SEMPERNUM.

\* \* \*

Deprehendi post bac typis jam excusa, in propositam §. I  
definitionem praescriptionis longissimi temporis, quae una cum tem-  
poris lapsu possessionis qualitatem resipicit, irrepsisse verba: &  
justo titulo: quae quidem expungi malim, cum circa titulum  
quaque procedere eadem posset (aliter atque in longi temporis  
praescriptione obtinet) solaque bona fides & possessio tricennalis  
formam illius absolvant.

C3

COROL-

## COROLLARIA.

**J**us venandi absolute consideratum speciale quod-dam & per se subsistens jus est, velut ususfructus & emphyteusis, indeqve cum Pauermeistro & Dn. Vice-Cancellar. Elect. Brunsw. Lüneburg. Ludolph. Hugone C. VI. de Stat. Region. Germ. §. 16 ad genus jurium realium innominatorum recte refertur. Sin vero relate illud respicias, vario censemur jure. Namqve vel vi superioritatis territorialis, vel jure Servitutis in alieno, vel feudi, præscriptionis, legati, conventionis aut alio titulo exercetur.

### II.

Si in literis investitura reperiantur formalia hæc; investimus Titum cum fundo Corneliano ejusq; pertinentiis, mit allen andern Gnaden und Gerechtigkeiten/ nichts ausgenommen/ item, wie es alles Nahmen haben mag/ nichts ausgeschlossen/ vel mit Herrlichkeit an Jagten und andern/ nichts ausgenommen/ aut deniqve mit den Jagten aller Thiere/ gehend und fliegend: hoc casu vasallo etiam major venatio concessa intelligitur: qvoniام verbis universalibus omnia comprehenduntur. I. 68 pr. ff. de legat. 3. cap. sollicite. 6. in fin. X de majorit. & obedient. etiam qvæ excogitari possunt: immo & jura Principi reservata. Romanus, Decius, Pingizerus ap. Dn. B. de Lyncker Det. Jen. DCCCLIII.

### III.

Quando prædium feudale mit den Jagten venditum reperitur & dominus feudi instrumentum emtio-nis venditionis in universum in omnibus ejus conten-tis confirmat; qvin & vasallus ipse per longum tem-pus

pus venatione palam utitur, satis inde jus venandi  
vasallo adseri potest, quamvis in investitura venatio  
non reperiatur: si quidem consensus domini, etiam si  
ex post facto interveniat, sufficit, est que diutinum in  
venatione exercitium, praesertim cum titulo, qualis  
in hac specie in consensu domini constituitur, omnino  
attendendum. Dn. B. de Lyncker d. Dec. DCCCLIII.

IV.

Ordinationes venationum (die Jagd-Ordnungen) quibus modus & tempus venandi circumscribitur, dominum  
quidem territorii haud obligant. Si tamen Princeps  
expressè edicto inseruerit, quod ipsem et quoque huic edi-  
cto satis facere velit, citra violata fidei notam ei contra-  
venire postea haud potest. Nec obstat, quod nemo sibi  
legem dicere queat, à qua recedere haud poscit. Neque  
enim, quantum ad Principem, hoc casu de vi & effi-  
cacia legis, quam nullam hic esse nemo negat, sed de  
fidei in servandis promissis vinculo queritur. Grave est,  
fidem fallere, ait Ulpianus in L. I pr. ff. de pec. const. Immo-  
digna vox est maiestate regnantis, legibus obligatum se Principem  
profiteri, & revera maius imperio est, legibus submittere Prin-  
cipatum. l. 4. Cod. de LL. Id quod in Principibus Imper-  
ii nostri, qui nec auxiliari, nec auxilii sunt, facilius  
locum invenire in aptico est.

V.

Non licet Principi vasallos vel subditos suos jure  
venandi, quod justo titulo sive feudal, sive allodiali  
possident, privare, etiamsi ex inopinata causa venatione  
ipse opus habeat & sua venatione commode  
uti nequeat, nisi & vicini fundum vel ejus venationem  
simul possideat. Tum quod infidelatio vasallo Domi-  
num,

nium, quamdiu ad leges feudis se componit, irrevoca-  
biliter tribuit, adeo ut ipsi sine causis jure approbatis  
ne quidem ex plenitudine potestatis feudum adimi-  
posit, ut concors omnium Jureconsultorum opinio-  
est. Frantz. l. III refol. 1 n. 191. Tum quod Princeps  
nemini subditorum jus legitime quæsumum auferre  
potest, nisi quatenus Reipublicæ utilitas sine incommodo  
damno privatorum custodiri nequit, Hugo Grot.  
Lib. II de J. B. & P. c. 14 §. 7 & 8. Dn. Baro de Pufendorf  
b. m. L. VIII J. N. & G. c. 5 §. 7. Huber. Lib. I. de Jure Civ.  
Sect. III c. 6 n. 36 & seqq. Tum quod neminem iura com-  
modo aut voluptati Principis cum iactura sui juris in-  
servire jubent, vide I. Reg. 21. Objicit nonnemo l. 3 C.  
locat. quæ facultatem tribuit locatori revocandi res  
pro certa pensione annua locatas, si propter casum  
improvissum ipsem ad proprios usus eis indiget :  
Quasi beneficia etiam, i. e. feuda, ut ego interpretor,  
ex tali causa revocare possit Princeps. Sed quis non  
videt, nullam à locatione ad infederationem esse con-  
secutionem. Locatio solum transfert rei usum pro  
mercede annua, infederatione verum rei dominium, quam  
vis dependens & restrictum. Miror, quidni hæc potius  
novo isto Gallorum invento, quod appellant  
*le droit de bienfiance*, incrustentur.

## S. D. G.



Greifswald, Diss., 1702/05



3  
TA → ÖL

nur 1 + 17 Stück verknüpft und  
f



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

IPSA JUSTITIA PRÆSIDE

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

# PRÆSCRIP TIONE FEUDI

QVAM

JUSSU ET AUCTORITATE

NOBILISSIMI JICTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA  
GRYPHISWALDENSIO UNIVERSITATE

MODERATORE

VIRO PRÆNOMBILISSIMO AMPLISSIMO  
ET EXCELLENTISSIMO

Dn. PETRO MASCOVIO  
JCTO, ANTECESSORE ORDINARIO, CONSISTO-  
RII REGII DIRECTORE, NEC NON FACULTATIS  
JURIDICÆ SENIORE ET H. T. DECANO

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS RITE  
AC LEGITIME CONSEQUENDIS

DIE IV SEPTEMBR.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS BERNHARDUS CLASEN,  
LUBECENSIS.

GRYPHISWALDIAE,

Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typegr.